Spectabiles Domini
Amici honorandi.

Redit ab Iudicio Sac. R[ae] M[tis] D[ni] N[ri] Clem[entissi]mi causa
mea Triginta millium florenor[um] cum Successoribus et Sociis
defuncti Pauli Schori, ad Spectabiles D. V. quibus Decreto
Maiestatis Regiae committitur, ut rem haereditatis Schorianae
in summam redigant, rerum omnium Inventarium à derelicta
Consorte excipiant, bona omnia per Taxam aestiment, cum prae-
sentia, et interventu Commissariorum Decreto S. R[ae] M[tis] de-
putatorum. Non dubito Sp[ectabi]les D. V. id ea in causa praestituras
quod iustitia requirit, et vetustus erga me suadebit affectus.
Quia tamen unus ex assignatis DD. Commissariis iustis ratio-
nibus, occupationibusq[ue] aliis ab hac impeditur functione, ideo
Sp[ectabi]les D. V[estras] amice requisitas velim, ut novam eamq[ue] perexi-
guam substituendi per Rescriptum M[tis] Regiae alterius
Commissarii velint ~~[illegible]~~ non obesse. Quicquid ea in re Sp[ectabi]les D. V[estrae]
✕✕ causa mea
officii mihi praestabunt, grate omnino id accipiam, daboq[ue]
operam, ut me quamvis loco magis dissitum, tamen non inuti-
lem amicum experiantur Sp[ectabi]les D. V[estrae] quibus fausta omnia
comprecor à Divina Maiestate. Lovicii [illegible] Maii 1654

235